HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. AUGUSTINUS
12. bis 13. Jh. Seite 30v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uenit. et ipse eos aqua abluens fideles ab infidelibus
secreuit. Huius enim ydrie aque saporem. uertit nobis
xpc in uini dulcorem. Multitudo populi ad iohannem con
uolat. et eos in flumine separat. quia omnis populus ad xpm
in ultimis congregatur. et ab eo in igneum fluuium fidelis
ab infideli segregatur. Hunc kmi debemus toto affectu
mentis. qui nostras animas recreat talibus sacramentis.
qui nos ad suas nuptias inuitauit. et uino eterne
dulcedinis. quinque inebriabit. Istum enim diem olim
gentiles celebrem ducebant. obtinuit triumphum quem
hodie romani augusto cesari exhibebant.
eo quod tria regna. scilicet. parthiam. mediam. egyptum
deuincens. romano imperio subiugauerat. Hunc
nichilominus. ecclesia ob tres causas sollempnem.
et regi omnium cum triumphali laude iubilat. quia
uidelicet uidit. quod tres partes mundi xpc hodie
per tres magos sceptro dominii sui subdidit. et
crimina nostra hodie in iordane abluit. et aquam
legis hodie in uinum gratie ad spirituales nuptias trans
tulit. Huius imperio kmi uos tota mente et corde
subdite. debitum seruicium omni tempore ei per
soluite. ut per huius misere uite inopiam perci
piatis. ab illo diuicias et gloriam. Quam oleis nostrum.

Veritas In purificatione sancte Marie.
de terra orta est. et iusticia Capitulum xvii.
de celo prospexit. Xpc kmi ideo ueritas